

me pugnare inter se: perpetuus Dictator;
quum nihil minus cogitares, renūciatus es;
quod omnes ordines & magistratus ratum
habuerunt: & ipse (licet dissimularis) appro-
basti, deinde contendis cędendum fuisse de
iure alieno, quasi vero iniuste possideres ea
quę partim efflagitare tui labores videban-
tur, partim consensus omnium in te colloca-
uerat propter liberatā vt affirmas a seruitu-
te ciuitatem atque in sua pristina libertate
conseruatam: quibus de causis duo clarissi-
mi viri Codrus in gręcia Cyrus in Perside
regno potiti sunt. Hęc vsque adeo intricata
sunt, vt ad Sphingem thebanum autorem
referri queant, adeo quidem obscura vt pu-
teo (quemadmodum aiunt) cōstrictus ince-
dere per tenebras Heracliti videare. Syl. At
ego facile tibi ostendam orationem meam
nulla in parte a se ipsa dissidere, neque vllis
ita nubibus velatam, quo minus prima facie
intelligi possit. Quum populus Romanus
summam in grauissimis periculis mihi pote-
statem mandasset, voluit succurri periclitan-
ti reipublicę: cuius incolumitatem vna cum
vita ciuium atq; fortunis defenderem: non
autem, vbi aliorū Tyrannidē euertissem, ip-
se confestim principatum arriperem: vrbs